

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 11 : De Aesculapio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[41\] : De Aesculapio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 11 : De Aesculapio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 12 : D'Esculape](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 11 : D'Æsculape](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 11 : De Aesculapio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/845>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 115r°-117v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Esculape](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

bant, quam eo tempore decisam Apollini dicabant & deponebant, cum similes esse Apollini ceſſarent: hoc est cum labra vel malz prima lanugine veſtibantur. Eam fuisse consuetudinem testatur Plutarchus ita in Theseo;

τόνος τούτος τοῦ πατέρος καὶ οὐδὲν μεταλλούσας εἰς τὸν πατέρα τούτον ἀπέργειν τῷ τοῦ πατέρος αἵματι.

Cum mos eſſet illis temporibus, ut qui ex ephēbis excederant, in Delphos venirent, arque comit primicias Deo offerrent: ſicuti Zonam Diana conſecrabant mulieres, cum virginitatis pectorum eſſet. Lucianus tamen in Dea Syria morem fuisse apud Syrios ſcribit, ut barbatum Apollinem ſingerent, cum reliqui homines eum iuuenem & imberbem formarent. Iſtud autem ea de cauſa efficiebatur, quia imperfectam exiſtimabant illam zetatem Aſſyrii, cum neq; ad naturę ſummum accedeffet, neque ob terum preteritarum experientiam prudentia muniretur. At vero qui dicunt, quod Pytho nem ſerpentem sagittis conſecit, cum parvus adhuc eſſet, quid aliud ſignificat, quam ſolis naturam, & mundi nopt̄e naſcentis? cum enim ſol nuper natus eſſet, & poſt illum omnia ſidera, eppit ſol vapores ē terra, qui plurimi fuisse dicuntur, ſurſum ſuo calore attrahere: quo tempore pro natura infantium plena humoribus terra, multisque nebulis ex illis proceratis teſta, cum recens a ceteris elementis fuſſet diuina, omnia putredine plena erant, que ex humoris abundantia, aut certe ſine humore, non contingit. Tum vero ſol ſuis radiis nouam terram aliud illuſtrādo, quaſi sagittis quibusdam ipſam putredinem feriens, paulatim exiccauit, ſalubremque animalibus ſedem fecit. Neque aliam rationem aut cauſam fingendarum harum fabularū putauerim, niſi q; modo vires elementorum, modo ſidera pro Diis colentes, ſuorum Deorum vires celebrare per has fabulas voluerunt. Nam fabulae, que de Diis ſaguntur, ad terum naturalium aut aſtronomicarum conſiderationem ſpectant: que de hominibus, ad vitam mortalium informandam & in melius vertendam. Sed de Apolline ſatis, nunc de Aſculapio dicatur;

De Aſculapio,

Cap. XI.

30

Aſculapium quidam Apollinis & Nympharum Coronidis filium fuisse arbitrantur, ſicuti teſtatur Homeruſ hymnographus in hiſ;

Ιερύπονος ἀνθετίτης ἀρχεῖ πάδαν.

δῆς ἀνθετίτης τερψινοῖς εἴσαρπει.

Αυτοῖς οἱ πόλεις, τούτη φλεγόντις Βασιλέα.

Morborum medicum eanto, quem Diosa coronis

E Phœbo peperit Phlegyæ olim filia Regis,

Dotius eſt ubi iugis agerq; Amyniq; fluenta.

Pausanias vero in Corinthiacis memorie prodidit Phlegyam Coronidis patrem Peloponessim ingressum filiam prægnantem ex Apolline, quod tamē ille non ſenſerat, ſecum adduxiſſe. Illa puerum in finibus Epidauriorum enixa, illum in monte exposuit, qui ab eo euentu Tithias poſtea fuit vocatus. Ibi capra dicitur lac infanti præbuſſe, quā canis, à grege quem cultodiebat, diſcedens, obſeruabat. Hos cum deelie gregi paſtor cognouiferet, vniuersum paſcuum peragrans puerum tandem & capram & canem inuenit; veruntamē cum ignis ē capite infantis emicuiferet, diuinum quiddam ratus eius rei famā per vniuersam regionem diuulgauit. Deinde fama diſipata eſt, quod quoq; uis morbo laborantes homines ab illo Deo genito poſſent sanari. Fuerunt qui

Mythologiae. II

qui dixerint Coronidem prægnantem cum Ischyæ Elati filio concubuisse; quod grauitate ferens Diana illam interemit, quia fratris contumeliam perfere non posset. Illa postea cum rogo imposta fuisset, Mercurius è ventre mortuæ Aesculapium extraxit, vel Phœbus ipse; ut testatur Ouidius libro secundo Metamorph. in his;

Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem.

Semina; sed natum flammis, veteroq; parentis

Eripuit; geminiq; tulit Chironis in antrum.

- Alii dicunt non ex Nympha Coronide natum, sed ex ovo corniculæ; quia
10 *Coronis veramq; significat & Nympham ita vocaram, & corniculam, &c. asserit Lucianus in dialogo de falso Vate. Fertur quidam ex antiquis sacerdotibus serpentem petrificatum in ouum vacuum corniculæ inclusisse, ceteraque studiosè oblitu in luto in loco quodam occultasse; mox aræ exterrita populu in concionem ad eum locum aduocasse, cum nuntiaret omnibus palam se Deum esse ostensurum. Post concionem incognitis quibusdam vocibus usus Apollinem & Aesculapium inuocauit, ut dexter ac felix illi ciuitat: accederet. Deinde phiala aquam hauriens in profundum demersa ouum illud una cepit, quod presentibus multis fregit, pullumque recentem serpenti inueniens cunctos homines in admirationem rei induxit. Pollea vero serpentem
20 insignis magnitudinis paucis diebus elapsis in loco subobscuro offendens arietisq; se mouentem, illum ita creuisse aiebat, ac Deum esse Aesculapium Apollinis filium. Inde vero serpentes in ejus tutela crediti sunt, & eius gloriam putatus fuit baculus serpente inuolotus, ut scripsit Dercylus. Atq; Quid.lib.15. Metamorph. Aesculapium inquit aliquando fuisse in serpente mutatum. Prosanias autem in Messeniacis natum fuisse Aesculapium ex Arsinoe Leucippi filia, at non è Coronide memorat de nonnullorum sententia; cum tamen in Corinthiacis contendat illum Epidauri natum, & omnem eius Dei cultum ex Epidauro acceptum. Hunc natum esse apud Lacream ad ripas Amyni fluminis testatur Apollonius lib.4. hoc pacio;*

30

καὶ ποτὲ τοῖς ωραῖς, τοῖς δὲ λαγωῖς ἀνεπίη

Διεσπόντις ερπετοῦ οὐ προστέλλεται.

Ob natum iratus propè pingueum quem Lacream

Ad ripas Amyni peperit diuina Coronis.

Huius nutritiem fuisse Trygonem scripserunt nonnulli, sicuti testatur Paus. in Arcadicis, quem apud Chironem Centaurum educatum fuisse collat, & ab eodem eruditum cum adolevisset; sicuti dictum est ab Ovid. in his;

Geminiq; tulit Chironis in antrum.

Lactantius in libro de Falsa Religione Aesculapium lacte canino nutritum, & Chironi traditum artem medendi ab ipso Chirone doctum fuisse scribit.

40

Fuit Aesculapius prius Apius vocatus, quare cum Lycophron de illo mentionem faceret, ita inquit;

Δύοντα μετατρέπεται σέαντα.

Δύοντα μετατρέπεται προπάτερα.

Opem ferentem concinent satum Apio

Gregibus venire, ciuibusq; commodum.

Scripsit Zezes chil.x. non solum à Centauro Chirone Aesculapium fuisse edocutum, sed cum Apius primum diceretur ob facilitatem & mansuetudinem, vel quia dolores agrotantium medicamentis deliniret, non enim blandum significat

Significat, mox quia Asclei quendam Epidauri tyrannum fanauerit, dictum fuisse Aesculapium veroque nomine coniuncto: nam ~~asclapius~~ ex Ascle & Apis componitur; ac paucis mutatis ita à Latinis fuit appellatus. Alii non Asclei, sed Aunem tyrannum Daunie, qui ex oculis laborabat, ab illo fanum fuisse malunt, qui eum nominatum fuisse contendunt ab artis prestantia, qā homines mori non patetetur: nam ~~asclapius~~ mori significat, ac à litera priuationem adiungit. Dicitur est igitur eo nomine, quod homines non sicut morbo aut dolore absumi: quamuis inuentioem medicinae alii aliis inuentoribus tribuerunt. Ouidi. vt diximus, Apollini illam tribuit, Pindarus in tertia Ode Pythiorum & Nemeorum Chironem Aesculapii magistrum inuentorem medicinę perauit. Aeschylus illam omnium primum Prometheus ait inuenisse, Homerus in libro quarto Odyss. videtur inuentionem medicinę Paxoni tribuisse, vt est in his:

Ierpi de laeti se iuxta apes mihi vocatur
Ergo pax, & pax apes deppulchrae.
Est medicus prudens cunctis prestantior unus

Ille viris, cui Paxon: sit gentis origo;

Hunc sororem habuisse Briopen scriptum reliquit Myrleanus Asclepiades. Cicero multos fuisse Aesculapios inquit in tertio de Natura Deorum his verbis: Aesculapiotum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primusque vulnus dicitur obliguisse. Secundus secundi Mercurii frater: is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynoluris. Tertius Arispi, filius & Aeneae, qui primus alia purgationem, dentisq; euulsionem, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longe à Lusio fulmine sepulchrum & lucus ostenditur. Hunc lacum scribit Paulus in Corinthiacis fuisse montibus vndeque præcinctum, in quo ambitu quenquam vel mori vel nasci religio fuit, sicuti in Delo insula. Enimvero pauca proorsus morborum remedia proculis in medium vel Aesculapius, vel eius filii, vel quia moderatior dicta non afferrebat tantam morborum varietatem, vel quia res medica nōdum satis validum ceperat incrementū. Nam ad Troiana usque tempora peregrina fuit medicorum peritia; quando vel Aesculapii filii, Eurypylo vulnerato farinam & tritum caseum mulierem commiscentem, potumque prebente cum vino Pramno non reprehendunt, vt ait Plato in tertio de Rep. Dialogo; cum illa omnia maximē inflammare vulnus, at non sedate dolores villo pacto possent. Fertur fuisse primus Herodicus palestine magister, vt scripsit Panyasis, qui cum esset valetudinarius se ipsum ad certaini viuendi rationem accommodauit, adhibitusque medicamentis medicis artis dogmata inuenit, quibus & se, & alios postea diutius sustentauit. Obtainuit tamen postea consuetudo propter aliqua, vt arbitror, quæ feliciter illi obconcerunt, vt peritissimi medici, qualis fuit Hippocrates, Aesculapii dicti sint, vt tellatur Zezes x.chil.hist.349. Fabulantur preterea Hippolytum ab equis laniatum Aesculapii arte reuixisse, quare fertur Iupiter iratus ob inuentam artem, quæ homines in vitam reuocari possent, reporetum artis fulmine consecuisse, vt ait Virgil. libro septimo in his:

Namq; ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouerat
Occiderit, patrasq; explerit sanguine poenas,
Turbatis distractus equis: ad sidera cursus
Aetheria, & superas cœli venisse sub auras

Pecoris

Mythologiae.

Peonii resuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vix,
Ipse repertus medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbi genam flygias detrusit ad vndas.
Ferunt Apollo grauter tulisse mortem filii, ac magnopere luxisse, cuius lacrymæ in electrum dicuntur fuisse conuersæ, ut testatus est Apollonius lib. 4.
Argonaut. his carminibus;

10.

Celæ famam fecere quod illuc
Latoidæ Phœbi lacrymæ volvuntur in imo
Flumine, quas multas in nati funere fudit.
Epione dicitur Aesculapii fuisse uxor, cuius filius fuit Machaon vir, ut ferre
bant ea tempora, artis medicæ peritissimus, qui vnam cum ceteris Græciis mi
litauit ad Troiam, de quo ita meminit Homer. lib. 4. Iliad.

20.

Talysbi ades, celestemq; Machaona ducito nobis
Præstantis medici natum, huic Aesclepius olim
Nam pater ipse fuit.
Fuit etiam Podalirius Apollinis & Epiones filius, fraterq; Machaonis, ut ait
Paul. in Messeniacis. atque in Eliacis prioribus multas illis filias tribuit, in
ter quas Iaso & Hygiea fuisse memoratur, ut ait Aratus p̄terez. Orpheus in
hymno quadam in Aesculapium, non filiam, sed uxorem fuisse Aesculapii
censuit Hygiæ, cum ita scribat;

30.

Stirps Phœbi præclara, thori cui splendida consors
Est Hygira, grauis morborum pulsor & hollis.
Celebrauerunt ludi quinquennales in prædicto luco Aesculapii, die nono
post Isthmios, ante Megarenenses tamen incipiente vere, siue apud Epidau
rios, penes quos natus fuisse dicebatur, in Aesculapii honorem. Hunc Deum
alii imberbem, alii barbatum putarunt. Lucianus in Ion. tragœdo prægran
dem barbam fuisse Aesculapius tradidit his verbis, οὐ γέ μηνον αρπαγεῖν,
αλλὰ τινες δοκεῖν τὰ διαστάτα περιπολεῖν εἰς τὸν θεόν, τοῦτο δὲ δι
δούσιν τὴν διάνοιαν. Στοιχεῖον δοκεῖν. Quare ne te adolescentulum
erga nos geras, sed quæ tibi videntur, ea loquere animo intrepido; nec vere
re quod imberbis concionem habeas, cum habeas filium tam ingentis ac pro
missis barbaç Aesculapiu. Paulianus tñ in Corinth. imberbis Aesculapii statu
erectâ apud Philiasios fuisse inquit. Scriptus Lucianus in Icaromenippo cele
berrimum templum Aesculapii fuisse Pergami, sicut Apollinis in Delphis.
Ac Strabo lib. octavo sanum fuisse Aesculapii insigne scribit Tetrapoli, quæ
civitas ab Ionibus & Caribus habitabatur. Erat id templum multitudine
egrotantium & variis morbis laborantium plenum, & parietes pictis tabel
lis ubique tecti, in quibus scripti erant morbi & nomina eorum, qui se ab il
lo Deo sanatos fuisse credebant, sicut in Co insula, & in Trica. Somniauerat
enim

enim insula antiquorum multitudo, quod si quis ex aliquo morbo conuaserit, cui contigisset Aesculapium invocare, illud Aesculapii opera factum fuisset, pro qua re & tabellas appendebant parietibus templorum, & alia nuncupata vota persoluebant. Huic Deo capram immolare in sacrificiis mortuam à Cyrenaicas, ut ait Paul. & Didymus scripsit libro tertio; vel quia à capra nutritus fuisset, vel quia sanitati aduersarium animal capra videatur, cum labore perpetua febre. Socrates tamen in Phædonе Platonis se gallum debere Aesculapiо medico inquit, cum gallus illi mactari consueverit. Habet & hic Deus multa cognomina à locis, in quibus illi templis fuerunt dicata, vel ab aliis caulis; ut Aulonius, Medicus, Oncëata, Leuctrius, Gor-tinius, Corylus, Agnitas, Boonera. Nam, ut ait Cice. lib. 3 de Legibus, Aesculapius, veluti Dii exter, propter beneficia, quæ in genus huminum contulisse dicitur, sicut in Deorum numerum relatus: sic enim inquit; D. uos, & ollos, qui coelestes semper habiti, colunto; & ollos quos endo cœlo merita vo-cauerint, Herculem, Liberum, Aesculapium, Calborem, Pollucem, Quirin. Atque hactenus ea explicata sunt, quæ de Aesculapiо Apollinis filio fabula-ti sunt antiqui: nunc eorum sententиа ex his eliciamus. Dicitur fuisse Aesculapius Apollinis & Coronidis filius. Quid ita aut quæ fuit Coronis Phlegyx filia? Et enim Phlegyx calor solis, ut nomen ipsum videtur significare, qd. enim comburere est. Huius filia fuit Coronis aeris, temperamentum scilicet, & vis illa aeris modicē humectata, quæ solis accipit salubrem im-pressionem. Nisi enim solis calor aera purgat ac ratiorem faciat, & nisi vis quædam humoris in ipso aere relinquatur a calore, nulla esse potest salubri-tas. Cum igitur è calore & humore temperato illa nascatur, iure dicta est Coronis quasi filia. Aesculapium inquit Paul. in Achæicis nihil esse aliud à zera, cuius fuit filia Hygiea; quæ nihil est aliud quam bona vale-tudo. Est siquidem aeris tempesties non homini solum, sed cunctis animali-bus, atque etiam plantis salubris: Iste optimo igitur antiqui Apollinem Aesculapii patrem hixerunt, atque ipsum Aesculapium salubrem vim de sole animis corporibusque mortalium subuenientem, hoc est sanitatis artificem, 30 quia solis calor vniuersis elemenis dominatur. Ex ipsa igitur vi solis aer af-fidue mouetur & generatur, quare Aesculapius Apollinis filius: quod quo-niam fieri non potest nisi per quandam milionem ipsos aeris, idcirco ma-ter eius sit Coronis. Ex hoc aere ita affecto nascitur salubritas, quare illa di-cta est Aesculapii fuisse filia, & is sanitatis artifex, medicinaque inventor. Dicuntur fuisse multæ filia Aesculapiо præter prædictam, inter quas fuit etiam Iaso, quia multa comoda proueniunt mortalibus ex aere tempera-mento, inter quæ facilitas est conualescendi & mendendi: nam Iaso 40 iera a medendo scilicet dicta est. Hæc autem omnia sol per anniversarios sui cursus conuersiones, vicissitudinesque frigoris & caloris, hanc ipsam inquam de salubritatem, & hæc comoda hominibus impedit: quare Titane, quod oppidum fuit Sicyoniorum, signum Aesculapii Apollinis filii, salubri-tatis signum fuit vocatum. Fuit Aesculapiо dictus draco, quia sol, è quo ipse nascitur, quasi senectutem deponens, incipit a principio aries vires resu-mere, donec ad Cancrum perueniat; acque cum illo multa & herbarum, & animalium genera vires relumunt. Huc accedit vis oculorum, quæ maxime Soli conuenit, quoniam 45 ab alpiciendo dicitur à Grecis, quem modo dra-conem, modo serpem vocamus. Sol enim, cui ille dicatus est, omnia vide-

Gg re exi-

Mythologię.

re existimatus fuit; quę non sola ratio fecit ut eorum illi sacer putetur, sed et illa, quod hęc avis sit auspiciis accommodata, nā non solum artis medendi peritus fuit Aesculapius, sed etiam diuinandi, quę ad medendi artem tamē pertinent, quoniam non solum præsentis, sed præterita etiam quę acciderunt egyptantibus, & quę mox euentura sunt, debet laborant bus medicus prædicere, quę res non mediocriter fidem medico comparat, & plurimū posse cōferet universo negotio, ut ait Hippocrates. Hęc ea sunt, quę de Aesculapio memorix prodita sunt ab antiquis, quę partim physicę, partim historię sunt intelligenda. Quidquid enim de Diis fixerunt antiqui, id habuit historiam tanquam suarum narrationum fundamentum. Verum de Aesculapio satis, nunc de Chirone eius magistro dicamus.

De Chirone.

Cap. XII.

Chironem Aesculapii magistrum alii ex aliis parentibus natum esse trādiderunt. Ouid. lib. 6. Metamorph. Saturni filium putauit, ut est in hoc versu;

Vt Saturnus equo geminum Chirona creauit.
Hunc Apollonius lib. 1. Argonauti. Philyrę filium fuisse dixit in his;

Αἴτιος δέ τε οὐαῖον φίληρον ἀπόλυτον
χόρην φίληρον.

Ad mare descendit montis de parte suprema
Chiron Philyrides.

Nam fama est Saturnum Philyram Oceani filiam in insula Philyreide compressisse, qui veritus ne à Rhea superueniente in adulterio deprehendetur, se in equum mutauit, è quo concubitu natus est Chiron ab umbilico superiores partes corporis habens hominis, inferiores equi, ut tellatur Apollonius lib. 2. his carminibus;

Νοστρὸν λαγκάλητον φίληρον νόστον ἔργον.
Εἴδε μή τοπεῖθε φίληρον κρίνειν τοῦτον οὐδὲν πεπονθεῖται.
Τεττάντος εἰσαγεῖται, οὐδὲ κρυπταῖται οὐδὲν αὔτηρα
φύεται τοῦ κορμοῦ ταῦτα μετεργέντα οὐδὲν τοῦτο
γίνεται οὐδὲν τοῦ παρθένου τοῦτο, τοῦτο οὐδὲν αὔτηρα
τοῦτο μετεργέντα οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα
οὐδὲν κρυπταῖται οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα
οὐδὲν φύεται, οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα
οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα, οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα
οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα, οὐδὲν τοῦτο μετεργέντα.

Atquora fulcantes adeunt Philyreida tandem.

Huc, ubi coelestis Saturnus, cum puer esset
Iupiter, Idaeis & nutritetur in antris
Curetes inter, regeret Titanas at ipse;
Cor grellus Philyra est formosę. Sed Rhea nullo est
Cepta dolo, in lectio hos ambos iouenit, ut ille
Diffusis ceruice iubitis honnuit equinis.
Ipsa pudore locum montes, collesque reliquit
Oceani Philyra, ac montes petit inde Pelaigos.

Hic